

Urkunde Nr. 390 bis 399

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **68 (1913)**

PDF erstellt am: **19.09.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Item hie werde öch erlütert vnd entscheiden der alt stoff vnd spenn der amptlütten, die da sprechent dz vor allen dingen Inen zugehören dz best kleid des korherren, den sy zu begraben tragen hettend. Und das, so der amman spricht, dz Im gehören die bereitshaft ze ritten des absterbenden Chorherren, vnd dz, so die Chorherren sprechent, dz Inen gehöre dz roß ein jeklichen absterbenden Chorherren.

Die empter des ammans, winschenks vnd kochs sint ewig, also dz Jro keiner one nottürfftig vrsach nit mag abgestoffen werden, die wil einer lebt. Denn sy gend den malschatz oder erschatz, als sil vnd denn mit Inen bekommen gewesen ist. Aber der pfisteren ampt ist nit ewig; denn si bezalent nit malschatz oder erschatz, vnd darumb so mogint sy nach der Herren oder des meren teil willen von Ir empter gestoffen werden.

Der Amman oder weibell hat von alter her gewonlich den gerichtz gewalt gefürt jm dorff ze Münster vnd an anderen enden in weltlichen sachen, als ein statthalter vnd substitut des probstes. Er hat öch gewonet ze samlen die zins vnd frucht der zenden, die dem kelner zugehören vnd die dem kelner antworten, also dz solich gesamlot zinsgelt vnd zendingelt durch In angends dem kelner geantwurt vnd geben werden sol, also dz nit ein nacht one rechte vrsach in des ammans hus beliben sol. Er sol öch verfechen die errung vnd buw der kilchen güter mit guten buwlütten, dz alle ding wol volfürt werden. Vnd wenn buwlüt vffgenomen werdent, so sol er dem erschatz nachfragen, vnd wenn sy abgand dem totenfall nachfragen vnd das alles dem kelner sagen, damit der kelner fölliglich erfolge vnd erjage das, so der amman nit mag erfolgen oder haben.

Druck: Zeitschrift f. schweizer. Recht N. F. II, 133—136.

Nr. 390.

circa 1326.

Kapitelsbeschuß betreffend Feier des Martins-Festes.

Nota, quod de communi consensu Domini Jacobi de Rinach, prepositi et Capituli Ecclesie Beronensis statutum est, quod

hoc festum [Martini episcopi] celebretur cum omni solemnitate ad omnes horas, imo etiam per Octavam sicut consuetum est in Festo S. Michaelis. Et detur vnum Maltrum spelte de Granario dominorum Canonicis et prebendariis, qui in primis, vesperis et in missa fuerint, in pane, ita quod cuilibet prebendario cedet vnus panis. Datur et hoc die cuilibet Canonicorum et prebendariorum, qui predictis interfuerint, vnus staufus vini ex Cellario Dominorum; detur et de predicta spelta vtrique Sacrifte vnus panis.

Jahrzeitbuch von Bero-Münster. Geschichtsfrd. V, 148.

Nr. 391.

1326, 30. Oktober. Luzern.

Propst und Convent der Benediktiner in Luzern wählen den Rechtsgelehrten Herrn Rudolf von Liebegg, Propst zu Bischofszell, als Obmann zur Beilegung ihres Streites. — Stiftsarchiv Luzern.

Geschichtsfreund X, 259.

Nr. 392.

1326, 24. November, Luzern.

Herr Rudolf von Liebegg, Propst zu Bischofszell, Jakob von Rinach, Chorherr zu Münster und Meister Ulrich Fink von Zürich entscheiden den Streit zwischen Propst, Convent und Bepfründeten zu Luzern.

Stiftsarchiv Luzern. Geschichtsfreund. X, 260. Kopp V, 1, 355 f.

Nr. 393.

1326, 15. Dezember. Münster.

Stiftsstatuten.

Hec sunt statuta et ordinationes facte sub anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo sexto feria secunda proxima post festum beate Lucie uirginis, per dominum Jacobum de

Rynach | prepositum et . . canonicos ecclesie Beronensis presentes et consentientes, qui uocati fuerant et conuenerant, ad computationem publice indictam, in ecclesia prenotata, et ad alia pro ecclesia | utiliter et salubriter ordinanda. Que statuta et ordinationes coram omnibus canonicis lectas et expositas, ipsi . . canonici cum domino . . Preposito prenominato, collaudauerunt approba- | uerunt, et in scriptis redigi fecerunt, quilibet pro se et etiam simul ut capitulum simul omnes, promittentes ea seruare et ad hec se, et suos successores astringentes, jura- | mento per quemlibet prestito corporali.

Tenor autem primi statuti talis existit. Sapientis dicit auctoritas, quod ita parue res concordia crescunt, sicut et maxime discordia dilabuntur, quorum utrumque tam moderna quam vetera | experimenta testantur. Cupientes itaque res et honores ecclesie nostre, et per nos et successores nostros non dilabi, quod absit, sed potius semper augeri, potissimam discordiarum causam, quam ex | presentationibus ad ecclesias, quarum Juspatronatus ad nos pertinet, sepiissime esse constat exortam, quantum possumus perpetuo resecari. Ita ut tam nostre quam illarum earundem ecclesiarum promoueatur utilitas, | diuinusque cultus augeatur utrimque, animarumque cura procuretur in illis amplius quam consueuit. Statuimus et ordinamus concorditer, quod omnes ecclesie quarum jus ut dictum est patronatus ad nostram | pertinere scitur ecclesiam, videlicet ecclesia in Kerns, in Sarnon, in Richental, in Pfeffinkon, in Schongöwe, in Hekelingen, et in Starkkilch, Constanciensis dyocesis, item ecclesia in Kylchberg, et in Magton | Basiliensis dyocesis, de cetero quasi quedam feoda claustralia censeantur. Ita videlicet, quod aliqua ex eis vacante, per mortem eius qui nunc eam tenet, ipsa debeat, et eo ipso cedat ei qui est | antiquior in prebenda, et unus unam tantum recipiat ex eisdem, qui primus si ipsam acceptare ex causa quacunque recuset, infra unum mensem a tempore uacationis computandum, sequenti | detur, et sic de aliis secundum ordinem antiquitatis predicte. Et ille sic recusans, nullam de cetero ualeat acceptare. Qui autem sic aliquam acceptauerit, fructus ipsius ecclesie, qui ultra de

| ductam sacerdotis prebendam ab antiquo consuetam, uel per nos rationabiliter augmentandam, supersunt, medios tantum ratione antiquitatis, pro se accipiat, reliqua medietate mense nostri | capituli remanente, secundum diuisionem equam et perpetuam, per eos faciendam quos prepositus et canonici tunc in loco Beronensi presentes, duxerint deputandos. Quod si duas ec- | clesias uel plures uacare simul contigerit, antiquior habeat optionem infra tempus predictum, altera sequenti absque contradictione cedente. Ita quod a tempore acceptationis uel recusationis prio- | ris, sequens similiter infra mensem, sibi debitam ex ordine prenotato, acceptare uel recusare teneatur, et sic de aliis, donec de omnibus uacantibus sit prouisum. Ceterum cum aliqua ecclesiarum | predictarum uacabit, ut dictum est, prenominati prepositus et canonici tunc in loco presentes, non uocandis absentibus, sed tamen si uenerint admittendis, honestum et discretum uirum, suffi- | cientem scientia, moribus et etate, qui actu sacerdos existat, uel infra annum ipsum sacerdos esse possit, et fiat. Dyocesano presentant Episcopo, ad ipsam ecclesiam et curam animarum ipsius | canonicè instituendum et per nullum eorum ab eadem remouendum, qui presentatus eius rector sit, et personaliter residere perpetuo teneatur ibidem, et plebem regere per seipsum, et presens | obseruare statutum, nec ab ecclesia ipsa recedere, sine licentia dictorum prepositi et capituli, que tamen non negetur eidem, si causa rationabilis hoc suaserit, ad hec omnia cor- | porali se adstringere iuramento. In cuius incurati institutione, Dyocesanus episcopus omnia de ecclesia ipsa recipiat, siue in primis fructibus, siue in aliis quibuscunque que de ec- | clesijs sue Dyocesis, debet, et consueuit recipere de jure communi, consuetudine, priuilegio uel statuto. Ita, quod nullum domino Episcopo uel eius ecclesie, dampnum uel preiudicium generetur. | In exactionibus etiam quibuscunque, uel contributionibus, aut procurationibus, tam canonicus quam capitulum et incuratus uel rector prenotati, soluere et contribuere iuxta quantitatem reddi- | tum cuilibet parti cedentem, proportionaliter teneantur. Sane ad honorem prepositure ecclesiam in Starkkilch preno-

minatam, ipsi prepositure concedimus, ut uidelicet . . . prepositus qui nunc est, uel | pro tempore fuerit, modo predicto eam teneat simpliciter, nichil daturus capitulo. De incurato tamen sicut supra notatum est, ecclesie prouisurus, saluo jure antedictae acceptationis, ratione | canonicatus sibi debito. Hoc statutum et ordinationem, quilibet canonicus in sua receptione prima, et insuper cum inuestitur de prebenda uacante, iurare sine omni contradictione tenetur. Quod | si aliquis iurare recusaret, quamdiu hoc non jurauerit, sit in capitulo sine uoce, quod si aliquid in capitulo dixerit eligendo uel aliquid aliud faciendo, habeatur penitus pro non dicto, et insuper | sit periurus. Nec ad aliquam dignitatem uel personatum aut officium eligi ualeat, nominari uel etiam postulari. Quod etiam in eis obseruetur, qui nunc in capitulo sunt, et statutum iurare | et obseruare recusauerint antedictum.

Volentes etiam nobis et nostris successoribus, super porcis nostris utiliter prouidere, et consuetam inter nos, et . . . debitores ipsorum, uel estimatores porcorum, contentionis amputare ma- | teriam, statuimus ut deinceps quelibet prebenda certam et determinatam habeat Hübam, de qua, et ipse canonicus qui nunc est, et successor eius in eadem prebenda et Huoba ipsi | prebende per certam litteram designata, recipiat duos porcos, singulis ad redditus vnj solidorum sicut hactenus computandis. Ita ex nunc singulis canonicis sine personarum acceptione, per sortem | determinauimus suas Hübās, secundum quod in libro anniuersariorum ecclesie nostre predictae, in quo census ipsius ecclesie distincti sunt, sub nominibus eorum qui nunc canonici et prebendati sunt, ad cer- | tas litteras inuenitur expressum. Veniunt etiam pro qualibet prebenda super hoc, unus porcus ad . iiij . solidos et unus ad v solidos, uel duo pro uno, uterque ad . iij solidos paucis ad 6 | solidos computandis. Et super hos remanent diuidendi ad cultellum inter prebendas duo porci. Scilicet in festo beati Galli unus, et in festo beati Martini unus, uterque ad decem solidos. | Insuper sex porci remanent eodem modo diuidendi, quilibet ad vj solidos, duo uidelicet in natiuitate domini, §duo ad carnispriuium et duo

ad pascha. Item eodem modo Andree, pro qualibet | prebenda
unum quarterium de porco, qui estimantur singuli porci ad
viiij solidos. De diuisione etiam ouium et agnorum, hoc
uolumus in posterum obseruari, secundum quod in libro reddi-
tuum | ecclesie nostre super hoc inuenitur expressum.

De residentia vero canonicorum nostrorum, de qua sepe
hactenus dubitatum, et etiam non modice discordatum est, quis
videlicet Canonicorum et quando aut quotiens in loco presens
et moram | ibi continens, censi residens debeat, et quid eidem
pre absentibus debeat, ita communiter concordauimus, paci
per omnia consulentes, quod cessantibus omnibus que super
hoc hactenus estimata | sunt, is quo ad infrascripta residens
censeatur, qui medietatem anni cuiuslibet, idest sex menses
Berone fuerit personaliter, quacumque parte diei qua ibi fuerit
computata pro die. Super quo, quantum uidelicet ibi per
annum fuerit, fidem aliis faciat, cum de hoc fuerit rationabiliter
dubitatum. Annus autem cuiuslibet absentis incipiat ab ea
die per . . Cellerarium annotanda, qua se sic residere uelle |
coram capitulo firmauerit, sine fraude. Qui si in eodem anno
quicquam receperit, residentibus tantummodo debitum, et resi-
dentiam non fecerit modo prenotato, tunc in fine anni, a suo
quod sibi prestu- | it initio computandi, totum capitulo uel
residentibus restituat, quod accepit, preter anniuersaria, quod
si non fecerit, Cellerarius qui pro tempore fuerit, illud de ipsius
non residentis portione, quomo- | docunque sibi debeat accipiat,
et residentibus restituat prenotatis. Hoc tamen rationabiliter
saluo, quod si aliquis sic residentium, post aliquam anni
partem, etiam ipso anno non expleto, ex iusta et ra- | tionabili
causa a loco recesserit, et residentiam non perfecerit, ut est
dictum, tunc sibi sic recedenti, illud quod bona fide animo
sic residendi recepit, sibi remaneat, nichil ulterius, nisi redierit
| et residentiam modo predicto fecerit, accepturus. Super hoc
autem scilicet, quod bona fide resedit, et aliquid recepit, sue
fidei et conscientie coram capitulo exprimende, stari debet.
Quilibet autem | modo predicto residentium, pre aliis, qui
quantum ad hoc reputantur absentes, de honorarijs que uolgo

dicuntur, Erschatze et mortuarijs que dicuntur velle, et rubeo uino, et diuisionem in | Leimbach, suam cum alijs residentibus recipiat portionem, siue in talium diuisione, uel rerum locatione, aut hominum morte presens fuerit siue absens. De anniversarijs quoque, que ex ordinatione testatorum tantum residentibus sunt adscripta, talis suam partem accipiat, cum Berone presens fuerit et actus fecerit, qui illi sunt anniuersario denotati.

Die Siegel fehlen. Copie im liber crinitus 52—53 b.

W.

Nr. 394.

1326, 15. Dezember. Münster.

Capitelsbeschluß über das Forstwesen.

De lignis quoque statutum est, vt singulis annis feria secunda proxima post festum beati Andree per Capitulum nostrum eligatur seruus fidelis, qui custodiam habeat nemorum nostro Capitulo pertinentium, qui coram capitulo corporale prestet sacramentum, denunciare singulis secundis feriis coram capitulo omnes cedentes siluas Capitulo nostro pertinentes, absque speciali licentia Prepositi et Capituli nostri. Pena vero cedentium sine licentia erit in posterum, vt pro quolibet ligno inciso soluat III solidos nostro Capitulo, lignis insuper restituti. Quam penam nolumus remitti, etiam si canonici sint, sed per cellarium qui pro tempore fuerit, tantundem sibi tempore computationis vel de proximis obuentionibus sibi debitis defalcetur, quod etiam fiat de pena debita Preposito nostre Ecclesie, qui pro tempore fuerit. Actum et datum Berone, feria secunda post festum beate Lucie virginis, proxima sub anno domini Millesimo, Trecentesimo vigesimo sexto.

Liber crinitus fol. 53, b.

Nr. 395.

Fragment eines Capitelsbeschlusses über das Einkommen des Chorherrn.

.continuum residentiam et magis principalem faciant et maiorem. Quod si a predicto loco Beronensi quis eorum

quatuor continuis abfuerit septimanis, quidquid in illis de mortuariis, arris, vino, lignis, et cenfibus obuenerit inter refidentes folummodo diuidendum, ipfe de hoc, fi infra illas redierit, accipiat fuam partem. Quidquid autem poft illas IIII. euenerit feptimanas, ipfo abfente, nichil ex hoc recipiat, cum etiam reuertetur. Quocunque autem tempore redierit et refidere voluerit, ex eo tempore per modum hic expreffum, fua refidentia computetur. Sic tamen, vt nullam in predictis fraudem adhibeat, vel aliquid fingat, vel in aliquo predictorum, nec aliquid prorfus accipiat, quod tantum refidentibus folui debet, nifi cum habet propofitum et animum refidendi. De predictis autem omniibus et eorum quolibet quilibet a canonicis vel prepoſito requiſitus, in conſcientiam et animam fuam ſub iuramento, quod fecit eccleſie, teneatur dicere veritatem.

Liber crinitus fol. 44.

Nr. 396.

1327, MÜNSTER.

Testament des Chorherrn Magister Peter von Zürich.

In nomine domini amen. Nouerint vniuerſi quorum inter eſt vel intererit in futurum, quod ego Magiſter Petrus dictus de Thurego, Canonicus eccleſie Beronenſis, fanus mente et corpore de fructibus anni gratie vniuerſis michi, ſicut ut aliis Canonicis Eccleſie Beronenſis iamdicte debitis, diſpono et ordino in hunc modum; quod ipſi fructus vendantur et poſſeſſiones de ipſis emantur. De quarum poſſeſſionum fructibus volo, quod in feſto Inuentionis beati Stephani de cetero celebrando feſtiue in Eccleſia Beronenſi predicta detur Canonicorum et prebendariorum cuiſlibet vnus panis. Item eiufdem feſti cantoribus duo panes, vtrique ſcilicet vnus. Item cuſtodi, qui pro tempore fuerit, duo panes pro accendendis candelis. Item ſacriſtis pulſantibus duo panes, vtrique ſcilicet vnus. Qui omnes Primis, veſpere et Miſſe interfuerint. Reſidui uero fructus predictarum poſſeſſionum debent in die anniuerſarii mei diſtribui in hunc modum, quod videlicet pauperibus dentur

duo modii spelte ad largam; prebendarius vero vnus modius tritici. Refiduum autem Canonicis, qui Vigilie, Misse et Vifitationi Sepulchri interfuerint, et in Miffa obtulerint, totum detur. In cuius rei euidenciam Sigillum meum et Sigillum Capituli ad petitionem presentibus sunt appensa. Datum et actum Berone, anno domini Millefimo CCC^o vigesimo septimo.

Liber crinitus fol. 50.

Nr. 397.

c. 1327.

Jahrzeitstiftung des Herrn Rudolf Weber.

Sciendum est, quod dominus Rudolfus Textoris ordinauit et statuit, quod post ipsius obitum in die sui obitus pro anniuersario suo celebrando dari debent IIII. solidi denariorum propter censum cellerarii de area et gazali litis inter areas Jacobi de Vilmaringen et Waltheri de Altwis II solidos canonicis, I. prebendariis, qui celebrationi dicti anniuersarii interfuerint, et I solidum pauperibus in larga ministrandum.

Liber crinitus fol. 50.

Nr. 398.

1327, 23. März, Münster.

Der Kaplan der St. Gallenpfund gibt dem Stift die Weiermatte zu Erblehen.

Nouerint vniuersi, ad quos presentes peruenerint, Quod nos Jacobus de Rynach, prepositus Ecclesie Beronensis, et Petrus dictus de Erlöfen | prebendarius Capelle sancti Galli ibidem inter nos sponte conuenimus. Quod ego Petrus iamdictus, nomine eiusdem Capelle locaui | siue concessi iure Emphiteotico domino — — preposito memorato pratum vnum dictum in volgari die Wiermattvn, situm prope viua- | rium eiusdem domini — — prepositi, cuius prati proprietates pertinet eidem Capelle pro anno Censu Triginta trium solidorum denariorum Zouingensium | vsualif monete, quorum decem solidi solui debent

in vigilia sancti Jacobi, eo die distribuendi ad anniuersarium quondam domini Walt- | heri de Hochdorf, Canonici predictae Ecclesie Beronensis, alii vero decem solidi solui debent, die proxima ante vigiliam beati Mathei apostoli | distribuendi ad anniuersarium quondam Hermani de Landenberg, Thesaurarii ipsius Ecclesie Beronensis. Residui vero Tredecim solidi | solui debent, die beati Michahelis in autumpno — — prebendario supradicto, uel eius qui pro tempore fuerit successori. Hac condicione | adiecta, quod si dictus dominus — — prepositus, vel eius heredes a solutione dicti census cessauerint per biennium, predictum pratum | cum omni iure suo ad dictam capellam libere reuertatur, Jure locacionis seu concessionis predictae omnino cessante. Liceat tamen | domino — — preposito prefato, et eius heredibus vniuersis, possessiones equiualentis precii, seu estimationis, quod tamen fit in arbitrio bonorum | virorum dare predictae capelle in viam permutationis, cum voluerint, pro prato prefato. Nos quoque — — prepositus predictus | confitemur presentibus, prescripta omnia vera esse. In quorum euidentiam Nos — — prepositus et prebendarius memorati, sigilla nostra | presentibus duximus appendenda. Rogantes etiam Capitulum Ecclesie prelibate, vt in maiorem rei euidentiam sigillum suum pre- | sentibus apponant. Nos quoque Capitulum predictum, ad petitionem partium predictarum presentes litteras nostri sigilli munimi- | ne roboramus. Datum Berone, anno domini Millesimo, Trecentesimo, vicesimo septimo, Indictione X^o feria Secunda | ante festum annuntiationis beate virginis proxima.

Die Siegel von Propst und Capitel sind beschädigt, jenes des Kaplans Peter fehlt.

Nr. 399.

1327, 3. April. Münster in des von Rore Hause.

Stiftung der Kaplanei in Baldegg durch Marquard von Baldegg und seine Bruders Söhne Johann, Chorherr zu Münster, und Albrecht von Baldegg.

Zeugen: Herr Dietrich der Schnider, Johann von Baldwyle Priester, Jakob von Rinach, Walter von Rore, Hartmann von Ruoda, Tuomherren zu Münster.

Archiv des Institutes Baldegg.

Girard, Nobiliaire Suisse II, 231—237. Geschichtsfrd. XVII, 256.

Nr. 400.

1328, 25. August.

Graf Johann von Habsburg bestätigt die Freiheiten der Stadt Lauffenburg, Zeuge: Peter von Dietlikon, Tuomherre zu Münster in Ergowe, unser bruder.

Stadtarchiv Lauffenburg.

Herrgott, Monum. Habsburg II, 636—638.

Kopp, Urkunden II, 49; Gesch. d. eidgen. Bünde V, 1, 343; Münch, Regesten der Grafen von Habsburg Nr. 325.

Nr. 401.

1328, 13. Oktober, Dießenhofen, im Hofe der Truchseßen.

Der Abt von Stein, H. tesararius ecclesiae Beronensis (Heinrich Truchseß von Dießenhofen), der Rektor der Kirche in Andelfingen und der Leutpriester von Dießenhofen bestimmen, was der Pfarrer von Gailingen dem Kaplan von Randegg und Gottmadingen zu verabfolgen habe.

Staatsarchiv Schaffhausen.

Urkundenregister für den Kanton Schaffhausen 1879, p. 106—107. Geschichtsfrd. XXXII, 192—194.

Nr. 402.

1328, 28. Oktober. Willisau.

Kirchenrecht von Großwangen.

Ich Hans von Wolhufen, Herre ze Wolhufen, Heym von Hafenburg, kilcherr ze Willisö, frigen, tun ze wilsent mit difem brief vmb die stöff vnd mifhell, so der Erber Herre